



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De sapientia & gratia Christi hominis, an in eis proficere potuerit. A. B. C.  
D. E

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

dum muliebrem sexum. Quidam arbitrantur eū potuisse assumere hominem in fœmineo sexu, ut assumpsit in virili. Sed oportunius atque conuenientius factum est, ut de fœmina nasceretur, & virum assumeret, ut ita vtriusq; sexus liberatio ostēderetur. Vnde Aug. in l. 83. q. Hominis liberatio in vtroque sexu debuit apparere. ergo qui a virum oportebat suscipere, qui sexus honorabilior est, cōsequens erat & fœminei sexus liberatio. Hinc apparet, quia ille vir de fœmina natus est. Sapientia ergo Dei, quæ dicitur vnigenitus filius, homine suscepto in utero & de utero virginis, liberationem hominis indicauit.

*Quæst. 11. in tom. 4. ad finem.*

SI CHRISTVS SECVNDVM NATVRAM  
hominis in sapientia, & gratia proficere potuit, & profecit.

## DISTINCT. XIII.

A

PRÆTEREA sciendum est, Christum secundū hominē ab ipsa conceptione gratiæ plenitudinem recepisse: cui spiritus datus est nō ad mēsuram, in q̄ plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Ita vero habitat, ut ait Aug. ad Dardanū, quod omnia gratia plenus est. Non ita habitat in sanctis. Ut in nostro corpore inest sensus singulis membris, sed nō quantum in capite (Ibi n. & visus est, & auditus, & olfactus, & gustus & tactus: in cæteris autē solus est tactus) Ita in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis: quia ille est caput in quo sunt omnes sensus. In sanctis vero quasi solus est tactus: quibus datus est spiritus ad mēsuram, cum de illius plenitudine acceperunt. Acceperunt autem de illius plenitudine non secundum essentiam, sed secundum similitudinem: quia nunquam illam eandē essentialiter, sed similē acceperunt gratiā. Puer ergo ille plenus sapiētia, & gratia fuit ab ipsa cōceptione. Vnde Hier. rectē dicit. Nouum faciet Dominus super terram, mulier circūdabit virū, quia in utero

*Quemodo v. bi seu Christi in carnatio ordinatur ad nostram redemptionē, quantum ad plenitudinē gratiæ & sapiētiæ simul ad Coloss. 1. b. Aug. epi. 57. ad h. n. 10. 2. Ioan. 1. b.*

*Hier. 31.*

N n 5 virginis

virginis perfectus exiit, non solum propter animam & carnem, sed etiam propter sapientiam & gratiam qua plenus erat.

*Auctoritatem ponit qua videtur obuiare.* B

*Luc. 2. g.  
Determina-  
tio auctori-  
tatis.*

*Beda hom.  
de euange-  
lio, Luca 2.  
Cum factus  
esset Iesus  
annorum  
12. de domi-  
nica infra 8.  
Epiphania.*

*Joan. 1. h.*

Huic autem sententię videtur obuiare. quod in  
Luce euangelio legitur, Iesus proficiebat sapien-  
tia & ætate, & gratia apud Deum & homines. Sin-  
proficiebat sapientia & gratia: non videtur à con-  
ceptione habuisse plenitudinem gratię sine mēi-  
ra. Ad q̄ sanè dici pōt, ipsum secundum hominem  
tantam à cōceptione accepisse sapientię, & gratię  
plenitudinē, vt Deus ei plenius cōferre nō potue-  
rit: & tñ verè dicitur p̄fecisse sapientia & gratia,  
nō quidē in se, sed in aliis qui de eius sapientia &  
gratia p̄ficiēbant, dum eis sapientię & gratię mu-  
nera secundum processum ætatis magis ac magis  
patefaciat. Vnde Gregorius in quadam hom. ait,  
Iuxta hominis naturā proficiebat sapientia: nō q̄  
ipse sapientior esset ex tēpore, qui à prima conce-  
ptionis hora Sp. sapientię plenus permanebat: sed  
eādē qua plenus erat sapientiam ceteris ex tem-  
pore paulatim demōstrabat. Iuxta hominis natu-  
rā proficiebat ætate de infantia ad iuuentutē: Iux-  
ta hominis naturā proficiebat gratia, nō ipse q̄  
non habebat per accessum tēporis accipiēdo, sed  
pandendo donum gratię q̄ habebat. Apud Deum  
& homines proficiebat: q̄ quantum proficiēte æ-  
tate patefaciebat hominibus dona gratię, quę si-  
bi inerant & sapientię, tantum eos ad laudē Dei  
excitabat, & sic Deo patri ad laudē Dei, & homini-  
bus ad salutē proficiebat. In aliis ergo non in se p̄-  
ficiēbat sapientia & gratia: vnde eodē in euangelio  
puer ille sapientia plenus & gratia perhibetur. Sic  
ergo dicitur profecisse sapientia & gratia, vt ali-  
quis rector ecclesiasticus dicitur proficere in cura  
sibi tradita: eum per eius industriam alii p̄ficiunt.

*pra-*

*Predictis videtur aduersari quod Ambrosius ait.* C

Alibi tamē scriptum reperitur, quod secundum *Ambr. c. 7.*  
 sensum hominis profecerit sicut etate hominis p *in medio*  
 fecit. Ait n. Ambr. in li. de incarnationis dominicæ *in tom. 2.*  
 sacramento sic: Deus perfectionem naturæ suscep-  
 pit humanæ. Suscepit sensum homini: sed nō sen-  
 su carnis fuit inflatus. Sensu hominis animam di *Luca 2. g.*  
 xit cōturbatam: sensu hominis esuriuit & rogauit:  
 sensu hominis profecerit sicut scriptū est, Iesus profici-  
 ebat etate & sapientia & gratia. Quomodo profi-  
 ciebat sapientia Dei? Profectus etatis & profectus  
 sapientiæ, nō diuinæ, sed humanæ naturæ est. Ideo  
 etatem cōmemorauit: vt secundum hominē cre-  
 deres dictum etas n. non diuinitatis, sed corporis  
 est. Ergo si proficiebat etate hominis proficiebat  
 sapientia hominis. Sensus autē hominis profecit, *Ibi ē pau-*  
 quia sensus: ideo sapiētia. Quis sensus proficiebat? *lo inf. ius.*  
 Si humanus, ergo ipse per incrementū susceptus est:  
 Si diuinus ergo mutabilis per profectū. Quod n. p  
 ficit, mutatur in melius: sed quod diuinum est, nō  
 mutatur. Quod ergo mutatur, nō est diuinum. Sē-  
 sus ergo proficiebat humanus. Sensus ergo susce-  
 pit humanum. Nec poterat cōfortari virtus Dei,  
 nec crescere Deus, nec altitudo sapiētiæ Dei imple-  
 ri. Quæ ergo implebatur, erat non Dei, sed nostra *Esa. 8. 4*  
 sapientia: nam quomodo implebatur, qui vt oīa *Esa. 7.*  
 impleret, descendit? Per quē autē sensum dixit E-  
 saias, quod patrē nesciebat puer aut matrē? Scri-  
 ptū est n. priusquā sciat puer vocare patrē aut ma-  
 trē, accipiet spolia Samariæ. Sapiētiā n. Dei futu-  
 ra & occulta nō fallunt. Expers autē agnitionis in-  
 fātia, per humanā vtique imprudentiā, q̄ adhuc nō  
 didicit, ignorat. Sed verendū est, inquā, ne si duos  
 principales sensus, aut geminam sapiētiā Christo  
 tribuam⁹, Christū diuidamus. Nunquid cū & diui-  
 nitatē ei⁹ & carnē adoramus, Christum diuidim⁹?  
 Nunquid cū in eo imaginē Dei crucēq; veneramus, *1. Cor. 13. 4.*  
 diuidi-

1. Cor. 1. b

uidimus eum? Apost. certe qui de eo dixit, quoniam  
 et si crucifixus est ex infirmitate nostra, vivit tamen  
 ex virtute dei: ipse dixit quia non diuisus est Christus.  
 Nunquid etiam cum dicimus, quia animam ratio-  
 nalem & intellectus nostri suscepit capacem, diui-  
 dimus eum? Non enim ipse deus verbum pro anima  
 rationali & intellectus capaci in carne sua fuit: sed  
 animam rationalem & intellectus nostri capace[m],  
 & ipsam humanam & eiusdem substantiæ cuius  
 nostræ sunt animæ, & carnem nostræ similem eius-  
 demque cuius caro est nostræ substantiæ suscipi-  
 ens perfectus etiam homo fuit.

*De intelligentia præmissorum verborum.* D

Hæc verba Ambrosii pia diligentia inspicienda  
 sunt: quæ ex parte hominis ignorantiam instruit  
 & illuminant, ex parte errandi fomitem malè in-  
 tellecta ministrant. His etenim evidenter traditur  
 duos in Christo esse principales sensus, siue gemi-  
 nâ sapientiâ. Neque ideo vnitas & singularitas per-  
 sonæ dividitur: sed iuxta duas naturas, duas habet  
 sapiëntias: vnâ non creatâ sed genitam, quæ ipse est:  
 alterâ non genitâ sed creatâ & per gratiam ei colla-  
 tam. Nam Esaias de eo protestatur. Requiescit su-  
 per eum spiritus sapientiæ & intellectus. Spiritus ergo  
 sapientiæ & intellectus, id est, sapientia & intelli-  
 gentia per spiritum gratis data, Christus erat sa-  
 piens secundum animam. Secundum Deum verò  
 sapiens erat sapientia æterna, quæ Deus est. Et si-  
 cut in quantum Deus est, bonus est bonitate natura-  
 li, quæ ipse est, & iustus iustitia naturali, quæ ipse est:  
 ita sapiens sapientia naturali, quæ ipse est. Anima  
 verò eius sicut bona est, & iusta bonitate vel iusti-  
 tia gratis data, quæ ipse vel ipsa non est: ita est sapiens sa-  
 pientia gratis data, quæ ipsa non est. Et licet gemina in  
 Christo sit sapientia, vna tamen eademque persona  
 est: quæ in quantum Deus est, & in quantum natura  
 diuina est, sapiens est sapientia ingenita, scilicet sapi-  
 entia

*De gemina  
 Christi sapi-  
 entia, genita,  
 scilicet, &  
 creata.  
 Esaias 11. 2*

entia æterna, quæ est pater: & sapientia, quæ non est ingenita, quæ communis est tribus personis nõ tamẽ gemina sapientia: quia non est alia, & alia sapiẽtia, sapientia ingenita, quæ tantum pater est, & sapiẽtia quæ communiter pater est, & filius, & spiritus sanctus. Inquãtum vèro eadem persona est homo, id est, secundum hominem acceptum, vel in quantum est subsistens ex anima & carne, sapiens est sapientia gratuita. Sapiens ergo est humano sensu & diuino.

*Quomodo intelligendum sit illud. Sensus proficiebat humanus.*

E

Sed ex qua causa illius dicti intelligẽtia, scilicet, Sensus proficiebat humanus, assumẽda est? Aperte n. videtur Ambros. innuere quod secundum humanum sensum Christus profecerit, & quod infãtia eius expers cognitionis fuerit, & patrem & matrem ignorauerit: quæ nec ecclesia recepit, nec p̃missæ auctoritates patiuntur sic intelligi. Sed ita sanẽ p̃õr accipi, vt quantũ ad visum hominũ & sui sensus ostensionẽ, Christus profecisse dicatur. Proficiebat ergo humanus sensus in eo secundũ ostensionem & aliorum hominum opinionẽ. Ita etiã patrem & matrem dicitur ignorasse in infantia, quia ita se habebat & gerebat, ac si agnitionis expers esset.

SI ANIMA CHRISTI HABVERIT SAPIENTIAM parem cum Deo: & si omnia scit, quæ Deus.

## DISTINCT. XIV.

A

HIC queri opus est. Cum anima Christi esset sapiens sapientia gratuita: vtrum habuerit sapientiam æqualem Deo, siue omnium rerum scientiam habuerit vel habeat, id est, vtrũ omnia sciat quæ Deus scit? Quibusdam placet, quod nec parẽ cum Deo habeat scientiam, nec omnia sciat, quæ Deus: quia in nulla creaturã æquatur creatori. Cũ

ergo

*Quomodo  
verbi scilicet  
Christi in-  
carnatio or-  
dinatur ad  
nostram re-  
demptionẽ  
quantum  
ad plenitudi-  
nem scienti-  
æ spiritua-  
liter.*